

ARTIC. XII.

An respondentur in Prædicamento sub terminis abstractis, aut concretis?

1. Sentent.

PRIMA in hac difficultate sententia est aliquorum asserentium non solum concreta substantiarum; ut homo, & animal; sed etiam abstracta: ut humanitas, & animalitas; in recta linea prædicamentali constitui: probatur primo. Genus supremum substantiæ prædicatur de suis speciebus in abstracto sumptis: hæc enim est vera: humanitas est substantia: ergo talia abstracta rectam lineam constituunt.

1. Argum.

Secundo: prædicata, substantiæ in abstracto habent inter se rationem superioris, & inferioris: nam, ut communiter docent Thomistæ; hæc est vera: humanitas est animalitas: ergo veram coordinationem faciunt.

2. Arg.

Secundo: prædicata, substantiæ in abstracto habent inter se rationem superioris, & inferioris: nam, ut communiter docent Thomistæ; hæc est vera: humanitas est animalitas: ergo veram coordinationem faciunt.

2. Sentent.

Secunda sententia est Alberti Magni, & Nimphe: quos sequuntur Cardinalis Toletus, & Murcia, in præsentia, affirmantium tam in Prædicamento substantiæ, quam accidentium, sola concreta constitui per se, ac directe, in recta linea; Abstracta vero solum reductiue: & quia de Abstractis substantialibus bene dicunt: de alijs probatur primo, eo pacto accidentia sunt in Prædicamento collocanda, quo magis eorum natura explanari possit: sed exactius explicatur in concreto, quam in abstracto: quia cum proprium Accidentis sit adiacere subiecto: hoc in concreto significatur: per abstractum autem significatur per modum per se stantis: quod non Accidentis; sed Substantiæ est proprium: atque adeo per modum alienæ naturæ; ergo in concreto, & non in abstracto sunt in Prædicamento collocanda.

3. Argum.

Confirmatur: commodius substantia eodem nomine explicatur, quo proprius illius modus significatur; quam quo secundum modum Accidentis: Vnde ideo differentia à Prædicamento substantiæ remouentur: quia non significantur proprio modo substantiæ; scilicet, subsistentis; sed alieno; videlicet, formæ accidentariæ; & quasi alteri adiacentis: ergo idem dicendum est de accidentibus, secundum proprium ipsorum modum.

Confirm.

Secundo: Concreta substantiæ sunt, quæ per se ponuntur in Prædicamento; ergo, & concreta accidentium: cum abstracta, tam substantiæ, quam accidentis, incompleta sit: quia ex propria natura sunt partes ad totius compositionem ordinatæ: sicut enim humanitas, aut animalitas, suapte natura ad totum substantiale componendum ordinantur: sic albedo est forma ad componendum totum accidentale; nempe album, natura sua ordinata.

2. Arg.

Tertio, eo etiam modo debent accidentia in Prædicamento constitui, quo eorum distinctio, & constitutio, innotescit: sed hoc tantum fit in concreto: cum Prædicamenta accidentium penes diuersos modos prædicandi de substantia constituantur, & distinguantur: sed de substantia solum modo in concreto, & non in abstracto, præ-

3. Argum.

dicantur: ergo in concreto prædicamentalem formam constituunt.

dicantur: ergo in concreto prædicamentalem formam constituunt.

Tertia sententia oppositum omnino docet, accidentia solum in abstracto collocans in Prædicamento; in concreto vero reductiue: pro hac sententia citatur Angelicus Doctor opusculi. 42. cap. 19. de ente, & essentia cap. 7. ad finem; illique fauere videtur noster Doctor q. 3. de genere ad 2. & in hac quæst. Ad tertium, ubi videtur dicere concreta Accidentium reductiue in Prædicamento collocari: facit etiam Philosophus, qui 3. Topicorum, cap. 1. ait; iustitiam per se esse in genere; non vero iustum: & 7. Metaph. tex. 2. 1. album, & musicum, quæ sunt concreta, vocat entia per accidens: ergo.

Secundo probatur ratione: abstracta Accidentium exactius exprimentur essentialem eorum prædicationem, quam concreta: clarius enim constat, hanc esse essentialem prædicationem: albedo est color: quæ hanc: album est coloratum: cum hæc prædicationem denominatiuam sonet: sicut ista: corpus est album: sed in Prædicamentis vtendum est nominibus; quibus essentialis eorum prædicatio clarius deprehenditur: quia Prædicamentum est ordo prædicatorum essentialium: ergo, &c.

Tertio, concretum accidentale ex vi suæ significationis, seu ex vi modi significandi, importat aliquid alterius Prædicamenti; scilicet, subiectum, ex quo, & ex Accidente non potest fieri vna natura specifica: quia non erit substantia pura; cum intrinsece includat accidens; nec erit accidens: cum includat substantiam: ergo erit substantia, & accidens: ac per consequens erit in duplici Prædicamento: igitur, &c.

Quarto, diuersus modus prædicandi sumitur in accidentibus ex diuerso modo essendi, & inhærendi subiecto: ergo ea dumtaxat sunt in Prædicamento collocanda, quæ substantiæ inhærent: talia sunt abstracta: album enim solum ratione albedinis dicitur inhære subiecto: igitur, &c. Et hæc est opinio Magistri Soto cap. 6. de Prædicam. quæst. 1. ad secundum.

Quarta, denique sententia procedit sub distinctione: possunt enim Prædicamenta considerari; vel à Logico, vel à Metaphysico: si primo modo, conficiuntur ex abstractis: si vero secundo modo ex concretis. Hæc sententia est D. Thomæ de ente, & essentia cap. 7. quem sequuntur Caiet. ibidem §. aduerte. Ferrara 1. cōtra gent. cap. 30. Masius, Sanchez, & Araujo 5. Metaph. q. 1. art. 4. in quodam dubio appendice: rationes pro vtraque parte videantur apud Araujo.

Pro sententia tamen Doctoris aperienda, notandum primo, quod vt in q. 2. de Accidente vidimus; in accidentibus absolutis duplex potest fieri abstractio: alia à subiecto; vt ab albo abstrahitur albedo: & talis dicitur abstractio Physica: & quæ hæc abstractione præsciuntur; per modum totius significantur: Alia est à proprijs entitatibus: vt albedineitas; & dicitur abstractio Metaphysica, & vltima: & illa, quæ hæc abstractione abstrahitur, semper per modum partis significatur: siue sint accidentia absoluta; siue respectiua; siue sit substantia; vt humanitas, animalitas, &c.

3. Sentent.

2. Argum.

3. Argum.

4. Argum.

4. Sentent.

Sententia Doctoris.

1. Not.

Secun.

2. Notan.

Secundo notandum: quod sicut ex materia, & forma, substantiali, vt à singularitatibus abstrahunt; fit vnum per se commune substantiale: sic ex subiecto, & ex accidente in communi, fit vnum per se commune accidentale, quod dicitur concretum: vt ex albedine, & subiecto, fit album, quod est per se diffusibile; & vnum per se accidentale significans solam formam: vt supra diximus.

3. Nota.

Tertio notandum: Abstracta, & Concreta accidentium posse sic comparari: vel abstracta inter se; & concreta inter se: vel abstracta cum concretis: aut è contra, concreta cum abstractis.

1. Conclu.

Dicendum primo. In Prædicamento substantiæ solum concreta in recta linea ponuntur: abstracta vero reductiue: prima pars est communis: quia sunt entia completa; generisque, ac speciei, rationem induunt.

2. Conclu.

Secunda pars in nostra Schola est recepta: nam talia abstracta significantur per modum partis; & tanquam principium naturæ: animalitas enim principium formale animalis dicitur: ergo rationem generis sortiri nequit: ergo, &c.

2. Conclu.

Dicendum secundo. Abstracta Accidentium abstractione Physica ponuntur per se in Prædicamento: non vero, quæ Metaphysica abstractione abstrahuntur: sed tantum per reductiuenem. Prima pars probatur: nam vt sic, sunt entia completa; & per modum per se stantis significantur: constantque ex genere, & differentia: & licet abstrahant à concernentia ad subiectum; non tamen à concernentia ad sua inferiora: igitur, &c.

3. Conclu.

Secunda pars liquet: nam talia abstracta abstrahunt ab omni concernentia, tam ad subiectum, quam ad inferiora; suntque partes in completa, ac principia naturæ: sicut de abstractis substantiæ diximus: ergo.

3. Conclu.

Dicendum tertio. Concreta Accidentium per se rectam lineam prædicamentalem constituunt: hæc est Doctoris, & suorum quæst. tertia de Genere, & q. 8. & 10. Antepædicamentorum; & in præsentia; & probatur, res ponuntur in prædicamentis quatenus nominibus significantur: sed nomina concreta Accidentium significant per se: cum solum significant naturam Accidentis cum inhærentia, quæ, vt vltimus terminus illius, constituit vnum per se in proprio genere: subiectum vero non significant: sed tantum connotant; & in illis, vt sic, datur prædicatio essentialis: atque ratio generis, & speciei: ergo, vt sic, ponuntur in Prædicamentis. Itaque album ponitur per se in Prædicamento: cum sit vnum per se accidentale finitum: non vero ponitur per se in Prædicamento homo albus: cum sit vnum per accidens, & complexum.

4. Conclu.

Dicendum quarto. Quamvis tam concreta, quam abstracta Accidentium promiscue ponantur per se in Prædicamentis; Concreta tamen non ponuntur sub Abstractis; nec Abstracta sub Concretis: sed Abstracta sub Abstractis; & Concreta sub Concretis: hæc est Doctoris quæst. tertia de Genere, §. vel aliter: quod generalissima Accidentium: & in hac quæst. ad tertium; & pa-

ter: Abstracta, & Concreta, nequeunt inter se ordinari, secundum rationem subijcibilis, & prædicabilis, propter diuersum modum significantis: ergo ordinari debent secundum eundem modum significanti qualis est; vel abstractus; vel concretus.

Dicendum quinto. Simpliciter, & absolute Abstracta Accidentium perfectius ponuntur per se in Prædicamentis, quam Concreta: hanc probant auctoritates Doct. pro tertia sententia adductæ: & probatur primo: quia Abstracta per se primo, & principalius, significant formam: Concreta vero per se non primo: ergo Abstracta per se primo ponuntur per se in Prædicamento; & Concreta per se non primo, & minus principaliter: & hoc, quod est concretum poni minus principaliter in Prædicamento, appellat Doctor poni per reductiuenem: non vero, vt poni reductiue sumitur strictè in Artic. præcedente.

Secundo probatur conclusio: Prædicamenta à supremo genere, vsque ad indiuidua; sunt impermixta, & pura ab omni extraneo alterius Prædicamenti: sed hæc impermixtionem perfectius important Abstracta Accidentium, quam Concreta; atque puriore prædicatione essentiali: ergo perfectius in Prædicamento ponuntur.

Ad argumenta primæ sententiæ respondentur: negando antecedens: nam substantia, quæ de animalitate prædicatur, est substantia transcendentalis communis ad completam, & incompletam, non vero est ipsum generalissimum substantiæ: nam hoc solum de substantia completa prædicatur.

Ad secundum nego antecedens: & ad replicam similiter: nam Abstracta substantialia; ex vi vltimæ abstractionis, qua præcise, vt partes significantur; nequeunt habere rationem superioris, & inferioris; vt ordinem prædicamentalem constituunt.

Ad primum pro secunda sententia; distinguo minorem: Concreta perfectius significant naturam accidentium, quantum ad modum existendi; concedo: quantum ad modum essentialem prædicandi: nego: vt diximus in vltima conclusione.

Ad confirmationem dico per idem: nec simile de substantia valet: nam prædicatio essentialis in substantijs fit solum in nominibus concretis: in accidentibus autem, in Concretis; & Abstractis; sed perfectiori modo in Abstractis.

Ad secundum nego consequentiam: Accidentis enim non est pars substantiæ: sed est in se forma completa substantiam informans; & cum illa vnum per se accidentale constituens intra genus eiusdem Accidentis; licet non ita intra ipsum perfectè contentum; sicut & ipsum Accidentis.

Ad tertium nego minorem: nam licet accidentium Prædicamenta penes diuersos modos inhærendi distinguantur; non tamen accidentia in Prædicamentis collocantur; prout de prima substantia dicuntur: cum hæc prædicatio sit denominatiua, sed quatenus de suis inferioribus essentialem prædicationem dicunt.

Ad argumenta tertiæ sententiæ dico: quod tantum probant nostram vltimam conclusionem: nem:

3. Conclu.

Ad prim.

1. Sentent.

Ad secund.

Ad prim.

2. Sentent.

Ad Confir.

Ad secund.

Ad tertiu.

Ad argu.

3. Sentent.